

hardus de Ploticz, Nicolaus Drom, Johannes de Dere, Petrus Hanne tenore praesentium publice recognoscimus universis, quod devotus dominus et frater Nicolaus de Nuwenborg, nostri monasterii canonicus et professor, devotione ductus, memorans, quod nihil nisi bona opera animae suffragantur, nobis et monasterio nostro in commodum utilitatem et profectum quadraginta grossos cum quinque grossis annui census Fribergensis monetae in villa maiori Dobruicz^{a)} rite et rationabiliter comparavit, pro quibus sibi promisimus et praesentibus promittimus bona fide ad honorem dei et reverentiam sanctorum suorum festum sancti Alexii confessoris in monasterio nostro cum celebritate sollempni, propulsatione campanarum, altarium sollempni praeparatione et specialiter cum historia propria, quam nobis praedictus dominus Nicolaus benivole comparavit, et cum sequentia propria ‚falleratus viciis‘ per nos et successores nostros perpetuis temporibus observandum celebrare, adhibitis aliis sollempnitatibus ad sollempne festum in nostro monasterio peragendum concurrentibus debitis et consuetis. In crastino vero beati Alexii nos ad celebrationem missae pro salute vivorum, scilicet ‚salus populi‘, temporibus vitae suae astringentes, pro qua post ipsius ab hac vita discessum, quem omnipotens deus diu differat, suum suorumque parentum et omnium amicorum suorum perpetuum anniversarium singulis annis cum decantatione vigiliarum atque missae, nec non locatione quatuor luminum et tapeti in loco suae sepulturae spondemus inviolabiliter observare. Quare de celebratione dicti festi triginta grossi de praedicta pecunia debent ministrari, quos custos ecclesiae nostrae accipiet et ministrabit, videlicet custodi tres grossos de locatione duorum luminum sollempnium, et alios viginti et septem grossos inter dominos nostri monasterii emancipatos aequali portione dividendo, residui autem quindecim grossi pro decantatione missae pro salute vivorum vel anniversario peragendo, scilicet custodi III grossos pro locatione quatuor luminum et tapeti, alii duodecim dominis praedicti monasterii sanctae Affrae aequaliter dividendo debent elargiri. In cuius rei evidens testimonium atque robur praesentes litteras sigillorum capituli et praepositurae nostri monasterii praedicti fecimus communiri sub anno domini millesimo CCC^o nonagesimo sexto ipso die sancti Michaelis archangeli.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den beiden Siegeln an Pergamentstreifen.

a) Grossdobritz, Par. Gröbern.

No. 232. 1396. 24. Nov.

Diesselben erklären von Hans von Reinsberg 100 Schock Gr. zu Erbauung eines neuen Altars empfangen zu haben, und versprechen an demselben täglich eine Messe lesen zu lassen und seiner Frau und sein Jahrgedächtniss feierlich zu begehren.

Wir Georgius Eckilman probst, Conrad von Axin prior, Lorentz von Wilandisdorff, Vlrich von Maltitz, Fritzolt von der Nassow, Heynrich von der Grenitz vnnnd die gantze sammelung des closters sente Affren zcu Meisßen bekennen —, das wir mit guttem willen vnnnd wolbedachtem mute gelobet haben vnnnd geloben dem gestren-